Quarto omnis magnitudo in infinitū excedens aliam magnitudinem est actu in finita. sed si continuū componitur ex sem per indiuisibilibus ipsum in ifinituz exce dit aliam. g° est actu infinitum. consequen tia patet cum maiori. ga cuiuslibet magni tudinis finite ad aliā magnitudinē finitā est solum finitus excessus. ꝛ minor argui tur. quia si continum componitur ex sem per indiuisibilibus tunc aliquantuluz exce dit suam medietatez. ꝛ p in duplo plus me dietatem illius medietatis. ꝛ sic in infini tum quare. Quinto omne mensurabile per replicationem indiuisibilium cōponi tur ex īdiuisibilibus. sz cōtinuū ē huiusmo di. g° ꝛ cetꝫ. Probatur minor. quia dato q̄ p̄ctus moueatur super aliquo spacio cōti nue erit dūāte motu super aliquo spacio sibi equali. quia omne quod mouetur cōti nue dū mouetur prius ptrāsit equale sibi q̄ maius se. per Ar sexto physicoz. g° seq tur q̄ spaciuz illud mēsurabitur p replica tionē indiuisibilium. ꝛ cetꝫ. Sexto omē resoluble in īdiuisibilia cōponitur ex in di uisibilibus. sed continuuz est resolubile in īdiuisibilia. g° ꝛ cetꝫ. pbatur mior per plu res casus positos supra tractatu de infini to. ad probanduz dari numerum actu infi nitum. de igne spico existente ī medio mū di. ꝺ filo vniformi qꝺ a duobus equaliter trahētibus frangi debeat. ꝛ de vase vnifor mi pleno aqua que obstructo foramie cōge lari debeat. argutuz est enī ibi q̄ huiusmōi corpora diuiderētur in omnez partē possi bilez diuidi. ꝛ per cōsequēs in īdiuisibilia. quorum declarationes in illo loco require si expediens fuerit. In oppositū est Ar in littera per magnū ꝓcessum. quod ratio nibus plurimis potest confirmari. Pri mo sic. cōponentia continuū tangunt se ta ctu cōtinuitatis. sed indiuisibilia in eodē continuo existētia nō se tangunt. g° ꝛ cetꝫ. minor probatur. ga si indiuisibilia eiusdē cōtinuī se tangerēt. aut g° ſm se tota. aut ſm partem. non scōm se tota. quia tūc nō facerēt maius q̄ sit vnum indiuisibile. im mo ipsius quantitatis cōtinue omnes par tes essent simul adcōqte. nec vna esset extra aliam. quod est manifeste falsum. nec etiaz ſm partes. quia indiuisibilia nō habēt par tes. hec tamen ratio cum pluribus aliis ex textu Ar colligi potest. Scōo si cōtinu um componeretur ex indiuisibilibus. tūc ī diuisibile diuideretur. cōsequens est īpossi bile. Et probatur cōsequētia multipliciter.

Primo quia capiatur vnuz spaciū triuz indiuisibiliuz. ꝛ moueatur super illo vnū mobile ipsum pertranseundo adequate in tempore trium indiuisibiliū. in cuius ini tio simul incipiat super eodē moueri vnū aliud mobile. quod continue p idez tēpus in duplo tardius moueatur. ꝛ tunc sequit q̄ in illo tempore scōm mobile pertransi bit medietatem illius spacii. aut g° ptran sibit vnū īdiuisibile rātū. aut duo. aut vnū cum dimidio. Non vnum tantum. quia id non est medietas totius spacii. sz est tertia pars eiusdem. Nec duo. quia id cōtinet du as tertias totius spacii. g° ptrāsibit vnuz īdiuisibile. cum dimidio. ꝛ sic indiuisibile

diuidetur. Secdo ponatur q duo mobilia debeant moueri super vno spacio in tẽpore cõpolito ex tribus idiuisibilibus. sic tamen q vnum illorum mobiliuz cõtinue mouetur in duplo velocius alio.7 q illud quod tardius mouebitur illud spacium in dato tempore adequate pertrãsibit.7 tũc sequitur q mobile velocius pertransibit illud spatium imediate illius tẽporis.7 tũc ut supra de illa medietate.aut est vnum indiuisibile tantum.aut duo.aut vnum cuz dimidio. 7 ceti. Tertio ponatur q vna rota moueatur circulariter circa centruz propriuz. sic q in vno indiuisibili temporis circulus eius supior 7 maior moueat vno indiuisibili motus.7 tunc cũ circulus medius inter centrum 7 maiorem circulũ tardius mouetur sequitur q ille medius circulus in vno indiuisibili temporis mouebitur motu circulari.q̃ sit motus idiuisibilis. quod non essz nisi indiuisibile diuideretur. vel ponatur q pũctus circuli maioris in vno indiuisibili temporis pertrãseat punctum.7 tunc sequitur q punctus circuli medii i idiuisibili temporis pertrãsibit minus q̃ punctũ.7 ceti. Tertio pricipaliter arguitur.q eo dato sequitur q nõ omnis linea finita esset diuisibilis in suas medietates.cõsequens videtur inconueniens.7 arguitur consequẽtia de linea tripũctali. Nã si ponatur diuidi in suas medietates puta.a.b.quero de.a.medietate quot punctoruz sit.aut vnius tantũ.aut vnius cum dimidio.aut duoz.7 argue ut supra.

Quarto si continuũ cõponeretur 7 ceti. sequeretur q ceteris paribus mobile velocius 7 mobile tardius i eadẽ vel equali mẽsura equalia spacia pertransirẽt. cõsequẽs falsum ut pz.7 consequentia arguitur.7 capiantur tres linee quarum due fm sua extrema tangant tertiam in duobus pũctis ipsam terminantibus.7 incipiant ille due moueri versus tertiaz que cõtinue gescar. vna velocius.7 alia tardius.tũc quero quãdo primum indiuisibile linee que velocius mouebitur pertransierit primum indiuisibile linee quiescentis. Utrum primũ indiuisibile linee que tardius mouebitur pertransierit soluz vnũ indiuisibile linee quiescentis.aut nihil.aut plus.non est dicẽdũ q plus.quia tunc fuissz velocius mota.nec nihil.quia tũc non fuisset mota.quoz vtrũ q repugnat casui. g° relinquitur tertium videlz q pertransierit solum vnum indiuisibile.quare sequitur q in eadem mensura mobile velocius 7 mobile tardius equale pertransibit aliis pibus.quod non est concedẽdũ. Quinto si continuuz 7 ceti. maior 7 minor circulus essent equales. cõsequens ẽ falsum.g° 7 antecedens.probatur cõsequẽtia.quia tot essent puncta in circulo minori sicut maiori.7 p cõsequens cõponerent ex partibus mltitudie 7 magnitudine eq̃libus.quare essent equales. Istud autem sic declaratur.7 describo duos circulos super idem centrũ inequales. quorũ minor contineatur a maiori.7 vocetur centrũ.a. 7 ducat a centro.a.vna linea recta vsq ad circunferentiaz maioris circuli que terminetur in puncto.b. Itez ducatur vna alia linea ab eodem centro.a.7 terminetur in puncto.c.imediato pũcto.b.Iste due linee sic ducte secabunt circulum minorem.aut g° in duobus punctis mediatis vl imediatis.aut vno tantum.vltimuz dari non potest.quia tũc ab illo pũcto vsq ad centruz non esset nisi vna linea recta.etiam angulus minor essz eqlis maiori.qõ sic declaratur.7 capiatur punctus sectionis minoris circuli.qui sit.d.super quem erigatur vna linea perpendiculariter cadens sup linea a.d.b.tunc illa linea recta.constituet angulum rectum cũ linea.d.b.7 silr cũ linea d.c.ut pz.cum autẽ fm geometros omnes anguli recti sint equales sequeretur q angulus minor esset equalis maiori. quonia angulus constitutus ex illa linea recta 7 linea.d.b.est ptialis ad angulum cõstitutuz ex eadem linea recta cũ linea.d.c. Nam se cũdus angulus cõtinet primuz 7 vnã lineam vltra.quare sequitur q nõ potest dici q due linee pcedentes a centro.a.ad duo puncta imediata in circũferẽtia maioris circuli seccent circũferentiam minoris circuli in eodẽ pũcto.nec potest dici q seccẽt circulũ miorẽ in duobus pũctis mediatis.

quia tunc minor circulus esset maior maiore. ergo dicere oportet q̄ iste due linee secent circunferentiam circuli minoris in duobus punctis imediatis. quare sequitur q̄ maior ⁊ minor circulus sunt cōlles. quia cuilz pūcto maioris circuli correspondet vnuz pūctū minoris circuli. ⁊ econtra. ideo quot sunt idiuisibilia cōponentia circulū maiorem. tot sunt cōponentia circulum minorem. ⁊ econtra. Sexto si cōtinuuz poneretur sequeretur q̄ diameter ⁊ costa eiusdez quadrati essent equales. cōsequens est impossibile. g° ⁊ antecedens. probatur consequētia. ⁊ accipio aliqd quadratuz habens dyametrū. ⁊ a duobus punctis imediatis in costa superiori protraho duas lineas rectas ad duo puncta imediata in costa iferiori sibi correspōdentia ex directo. tunc ille due linee secabūt dyametruz in duobus punctis mediatis vel imediatis. si mediatis tūc segtur quot tot sūt puncta in costa sicut in dyametro. ⁊ p consequens costa ⁊ dyameter illius quadrati sunt equales. quod est propositum. si imediatis tunc ab illo puncto medio ducā vnā lineaz inter duas lineas predictas vsq̄ ad costā. ⁊ illa necessario terminabit in costa. ad punctū alteraz predictaruz lineaz terminantē. quare sequitur q̄ linee palelle cōcurrent qd̄ est ipossibile. Pro solutione huius questionis premittendum primo q̄ in hac materia varie inueniunt positōes.

Quidā tenuerūt ut lynconiensq̄ continuum cōponitur ex idiuisibilibus multitudine infinitis. ut q̄ linea cōponitur ex infinitis punctis. ⁊ supficies ex infinitis lineis. ⁊ corpus ex infinitis supficiebus. addētes vlterius q̄ vnum infinitū est alio maius in duplo. vel triplo. aut quacunqz alia proportione volueris. Unde dicunt q̄ multitudo infinita punctoruz linee pedalis est dupla ad multitudiuē infinitā punctoz linee semipedalis. ⁊ sic de aliis. ⁊ cōtra hāc positionē demonstrare est difficile. Alii voluerunt cōtinuū cōponi ex idiuisibilibus multitudine finitis. contra quos rationes adducte videntur ꝓcedere. Alz vero tenuit cōtinuū nullo modo ex idiuisibilibus cōpositum esse. sed ex semper diuisibilibus vnde apud eum corporeitas nō componit nisi ex corporeitatibus. q̄uis partes eius terminent aut copulētur per superficies. ⁊ similiter supficies nō cōponitur nisi ex superficiebus. ꝛz partes eius per lineas copulantur aut terminātur. ⁊ eodem modo de linea respectu pūctorum est dicēdum.

Hanc positionez insequendo ad questionem sint iste cōclusiones. Prima cōclusio. Non contingit in eodem continuo idiuisibilia ad inuicē esse continua siue contigua. Ista cōclusio arguitur sic. Omnia continua siue contigua habent vltima. sed idiuisibilia non habēt vltima. g° ⁊ cetꝫ. patet cōsequentia cum minori. quia omne habēs vltimū est diuisibile in vltimū ⁊ in habēs vltimū. ⁊ maior arguit ex descriptiōibus cōtinui et cōtigui que ab Alz in qnto huius ponuntur. vbi dicit q̄ continua sunt illa quoz vltima sūt vnū. ⁊ q̄ cōtigua sūt illa quorum vltima sunt simul. Scda cōclusio sequens ex priori. In eodem continuo nō sunt indiuisibilia ad inuicez proxima. nec entia cōsequenter. Hec cōclusio ꝓ p prima parte arguitur sic. Omnia ad inuicem proxima siue imediata se tangūt. sed in eodem continuo non sunt indiuisibilia que se tāgant igit ⁊ cetꝫ. probatur minor. quia si se tāgerent. aut fm se tota. aut fm partes. nō fm partes. quia nō habent partes. nec fm se tota. quia tunc essent simul adeqte. ⁊ sic in continuo nō esset vnū indiuisibile extra aliud. qd̄ est fl'm. Et debz prima pars cōclusionis sic intelligi q̄ in eadem linea, non est punctuz imediatuz pūcto. ⁊ in eadem superficie nō est linea imediata linee. fm latitudinem superficiei. ⁊ in eadem corporeitate non est superficies imediata supficiei fm ꝓfunditatez corporeitatis. Scda autez pars sic declarat: qa illa sunt cōsequenter entia iter que nō cadit mediū eiusdē generis per Alz qnto huius. Sed inter omnia pūcta que sunt i eadem linea cadunt puncta intermedia. ex quo nulla talia sunt ad inuicē ꝓxima. ⁊ similiter est de lineis ⁊ supficiebus. quare ⁊ cetꝫ. Secunda conclusio impossibile est

continuū ex indiuisibilibus esse cōpositū. hec conclusio sic probatur. quia si cōtinuus esset compositum ex indiuisibilibus. aut tāq ex partibus essentialibus. aut subiectiuis. aut diffinitiuis. aut q̄titatiuis. Non essentialibus. qa ille sunt materia ⁊ forma nec subiectiuis. quia ille sunt linea superficies corpus. nec diffinitiuis. quia continuū non diffinitur per indiuisibilia. sed magis per diuisibilia. cū dicitur q̄ cōtinuū est diuisibile semper in idiuisibilia. g° relinquitur q̄ si continuus cōponeretur ex idiuisibilibus cōponeretur ex eis tanq̄ ex partibus q̄titatiuis. de quibus solum loquitur Az hic. Sed arguitur q̄ non. quia partes q̄titatiue cōtinui se tangūt ⁊ ad inuicē imediantur ⁊ cōtinuant. sicut patet de medietatibus tertiis quartis ⁊ cet. sed idiuisibilia non cōttinuantur. nec imediantur in eodem cōtinuo vt probatum est. g° ⁊ cet.

Quibus habitis respondetur ad ratōes que contra hanc partem videtur procedere.

Ad primā dicitur q̄ illa maior propō debet intelligi quādo posterius dependet a prioribus. inter que priora est etiam ordo essentialis prioris ⁊ posterioris. qđ patet ex verbis Az dicētis q̄ vbi ē primū medium ⁊ vltimus amoto primo non remanet mediū. si medium dependeat a primo. sic autē nō est ī propositō. qa licet partes q̄titatiue habeant ordinem essentialem ad totus. non tamen habent ordines essentiales ad inuicē. sz accidentalem tantus. nec vna pars prius respicit totū q̄ alia. sed omnes sil' ⁊ eque primo totū cōponunt. partes autem essentiales bene respiciunt cōpositum fm prius ⁊ posterius. ideo ī illis est status. vnde materia per prius respicit cōpositū q̄ forma prioritate originis. sed forma prius respicit cōpositum q̄ materia prioritate pfectionis. Ad scdam tenendo q̄ totum sit sue partes collectiue sumpte. pz q̄ omnes partes continui sunt cognite a deo. quia due medietates continui sūt cognite a deo. ⁊ ille sunt omnes partes eius quare ⁊ cet. Sed tenendo q̄ totum nō sit sue partes dicūt quidā q̄ nulle sunt omēs partes que sūt in cōtinuo quotcūq̄ dent. siue finite siue infinite. ⁊ quibuscunq̄ acceptis ille sunt diuisibiles in alias partes q̄ nō sunt ille. quare vlterius segtur q̄ nulle sunt omnes partes in continuo cognite a deo. Ex hoc autem non sequitur q̄ in cōtinuo sunt alique partes a deo incognite. vnde cōcedere habemus q̄ omnes partes que sunt in cōtinuo sunt diuisibiles et cognite a deo. tamē deus nō cognoscit omnes partes que sunt in cōtinuo. Ad tertiā dicitur q̄ deus non potest aliter diuidere cōtinuum q̄ ipsum sit diuisibile. cum ergo cōtinuū non sit diuisibile fm se totus. sic q̄ aliquādo possit esse diuisum fm se totū. sequitur q̄ deus non potest ipsum in omnes suas ptes diuidere. aliter ergo est de vnione. ⁊ aliter de separatione. quoniā possibile est continuū fm se totum esse vnitū. nō autem est possibile ipsus fm se totum esse diuisum. Ad q̄rtam dicitur q̄ si aliquod cōtinuū aliquā aliā magnitudinē ī ifinitū excederet. puta pedalez vel bipedalez. tūc illud esset infinitum. sed ex hoc non sequit' q̄ si cōtinuū aliquod in ifinitū aliquā aliā magnitudinez excederet q̄ sit infinitum. quia in prima ly aliam magnitudinez stat determinate. ⁊ ī scda confuse tantū. Ad quintā negatur q̄ continuus mensuretur per replicationem idiuisibliuz. ⁊ cum dicitur q̄ omē quod mouetur prius pertrālit equale sibi q̄ maius se. verum est de eo qō mouetur per se. non autez de eo quod mouetur per accidens. sicut punctus. Ad sextam negatur q̄ continuū sit resolubile in indiuisibilia. ⁊ ad casus illos quere solutionem supra tractatu de infinito questione qua queritur vtrū sit possibile esse actu infinitum. Qui autem tenent aliaz opinionem Az oppositā argumēta que fiūt contra ipsaz soluere conant. Premittē do primo q̄ licet simpliciter indiuisibile q̄titatiue ut punctus. non habeat partē q̄titatiuam. nec punctū qui sit terminus intrinsecus eius. nihilominus tamen pūctus habet orias loci respectiuas. cuiusmodi sūt sursum deorsum ante retro dextrū ⁊ sinistrū. ⁊ siliter idiuisibile in tēpore aut motu habet orias respectiuas tēporis. fm q̄s

idem inſtãs aut mutatũ eſſe dicitur finis preteriti ⁊ iniciuz futuri. Et hoc ſufficit vt talia indiuiſibilia poſſint ad inuicem cõtinuari. Unde captis duobus punctis imediatis ī aliqua linea illa ad iuicem cõtinuantur. ⁊ eoꝝ vltima ſunt vnum. quia ante puncti ſequentis ⁊ retro puncti precedentis que ſunt coꝝ vltima. ſunt idez. ⁊ ex hoc pz qualiter punctus aliquo mõ eſt diuiſibilis ī vltimũ ⁊ ī hẽns vltimũ. Ad primũ g° argumentũ. cum dicitur ꝙ cõponentia continuũ ſe tangunt. concedunt. ⁊ cũ queritur aut fm ſe tota. aut fm partes. reſpondẽt ꝙ idiuiſibilia talia neutro illoꝝ mõꝝ ſe tangunt. ſed ſolũ fm dr̃ias reſpectiuas loci vel tẽporis vt prius premiſſum fuit.

Ad fm negatur ꝙ idiuiſibile ſit diuiſibile q̃titatiue. ſed ſolũ per dr̃ias loci et tẽporis. Et in primo caſu dicitur ꝙ ſcõm mobile ī illo tẽpore ptranſibit vnũ idiuiſibile ſpacii cũ ante alterius indiuiſibilis. ⁊ non ſolum vnũ indiuiſibile. nec etiã duo. nec etiã vnuz cũ dimidio. In ſcõo caſu dicitur ꝙ mobile velocius pertranſibit illud ſpacium in vno iſtanti cũ priori ſequẽtis inſtãtis. In tertio autem caſu dicit ꝙ nullũ indiuiſibile motus eſt alio maius fm durationez. ſz bene fm itentionẽ. ideo mediante vno poteſt maius ſpacium ptrãſiri ī eadem mẽſura q̃ mediãte alio. In quarto autẽ caſu dicitur ꝙ punctus medii circuli in idiuiſibili tẽporis ptranſit totũ ſpaciũ. quia eſt in ptranſeundo ipſuz. Et ſi queratur qd adequate pertranſit. reſpõdetur ꝙ nihil. Unde dato ꝙ punctus circuli maioris eo in duplo velocius moueat. tũc dicitur ꝙ ſicut pũctus maioris circuli pertrãſit ī vno indiuiſibili tẽporis vnũ idiuiſibile ſpacii. ſic punctus circuli medii ī duplo motus tardius ptranſit vnũ idiuiſibile ſpacii ī duobus indiuiſibilibus tẽporis ⁊ in nullo illoꝝ indiuiſibiliuz aliquid adequate pertranſit. Ad tertiũ argumẽtũ conceditur ꝙ non omnis magnitudo finita ẽ diuiſibilis ī ſuas medietates per actualem ſepationẽ. quoniam facta diuiſione ī puncto medio linee tripunctalis corrũpetur ille. ⁊ duo alia remanebũt. verũcamen bene poteſt fieri diuiſio linee tripũct alio ī ſuas medietates p deſignatiõez partis extra partem. capiendo pro vna medietate vnum punctũ cũ ante alterius puncti. ⁊ p ſcõa medietate vltimũ punctum cũ retro puncti medii. Ad quartuz pz reſponſio ex dictis. quoniã cõcedẽdũ ẽ ꝙ ī primo inſtãti futuro. primũ punctũ linee tardius mote ptranſibit totã lineã quieſcentẽ. ga erit ptranſeundo. dato ꝙ deueniret ad finem. dicitur tamen ꝙ ſi in illo iſtanti primum punctũ linee velocius mote adequate pertranſibit vnuz indiuiſibile ſpacii. ꝙ pro tunc primum punctum linee tardius mote nihil adequate pertrãſibit. Et ſi dicatur mobile tardius in eadez menſura ptrãſit minus ꝙ mobile velocius. fm Ar 7° phyſicoꝝ. veruz eſt ſi illud quod pertrã ſit mobile velocius in eadem menſura ſit diuiſibile. vbi autem non ſit diuiſibile nõ oportet. vt in propoſito. ſed ſufficit ꝙ mobile tardius idem ſpacium adequate ptrãſiret in menſura maiori in eadez proportione in qua mobile velocius eidẽ velocius mouetur. Et ad iſtum ſenſum ſunt moderande cetere regule q̃s Ar in idez ponit.

Ad quintuz cuz arguitur ꝙ duo circuli maior ⁊ minor eſſent equales. negatur cõ ſequentia. ⁊ admiſſo caſu ibidez poſito. dicunt quidam illius ſecte ꝙ due linee tranſeuntes a centro ad puncta imediata ī circulo maiori non occupãt de circulo minori niſi q̃tũ vna eaꝝ occuparet. videlz pũctum. quando vna tranſit per ante. ⁊ altera per retro eiuſdem puncti. Et ga hec reſpõſio iſtãtias pateret. ideo alii imaginãt aliter. ⁊ dicũt illas duas lineas ſecare minorem circulũ in eodem puncto. ex hoc ꝙ vna alteram ſupequitat. Sunt g° ibi dem tria conſideranda. videlz equiratio lineaꝝ. iuxta poſitio lineaꝝ. ⁊ earum remotio. vnde ſi protrahãtur due linee recte a duobus pũctis imediatis circuli maioris ex vno latere per centrum ad duo puncta imediata eiuſdem circuli in latere oppoſito. que etiam exeant circunferentiã maioris circuli ex vtroq; latere. tũc remotio lineaꝝ erit extra circunferentiam maioris

circuli. Juxta positio autez intra circumfe
rentiam maioris circuli. vbi eū secabunt ī
punctis imediatis. Supequitatio vero ab
vno latere minoris circuli vsq; ad aliud.
vt in figura potest patere. Et ex hoc vl
terius patet q; a pūcto sectionis minoris
circuli vsq; ad centruz non est tantū vna
linea. sed sunt due. nec angulus maior est
equalis minori. qa non ābo illi sunt recti.
īmo si maior est rectus minor est acutus.
ꝛ si mīor ē rectus maior ē obtusus. Ad
sextū cū aī q; dyameter ꝛ costa eiusdē q̄dra
ti essent equales ꝛ cōmensurabiles. Heral
dus odonis hoc negat. q̄uis alii cōcedant.

Ad argumentū admisso cauēdicit q; ille
secabunt dyametrū ī duobus punctis me
diatis. ꝛ ī duabus partibus immediatis.
vnde q̄uis quot sūt ptes in dyametro tot
sint in costa. maiores tamen sunt ille que
sunt in dyametro q̄ sint sibi correspondē
tes in costa. linea g° sup aliaz transuersalē
cadente. plus occupabit de ipsa q̄ si super
eadem caderet directe. Et scōm vnam
responsionez superius tactaz dici posset q;
duabus lineis a superiori costa. ad inferio
rem puenientibus. correspōdere possunt
tria pūcta dyametri. aut tribus lineis qn
q; puncta. aut aliter scōz plus vel minus.
quoniā stat lineā rectam sup aliā transuer
salē cadentē ipsam secare ī puncto cū ante
alterius pūcti. aut cū retro. aut cum vtro
qz. Et ad argumentum vlterius cuz ar
guitur. q; si linee intersecant dyametrum
in duobus punctis mediatis protrahatur
a pūcto medio linea recta aliis duabus pa
lella ad alteram costaz. dicitur q; ille due
linee non intersecarent dyametrū. etiaz ī
illo puncto medio. id bene essz possibile. sz
iam oppositum concessum est in solutione.
quare id non est admittenduz. Ex quo
vlterius sequitur q; ptractis quatuor line
is rectis a pūctis costē superioris q̄drati.
que sit quatuor punctorum ad quatuor pū
cta sibi correspondentia in costa īferiori.
q; ille quatuor linee euacuabūt dyametrū
ꝛ eorum quadratum. ꝛ tamē eis plura pun
cta correspondebūt in dyametro q̄ in aliq̄
costaz. Difficultas tamē esset nō pua cō
tra hanc solutionem vbi caperētur due li
nee bipunctales. ꝛ vna alteri iuxta ponere
tur. sic q; primus punctus vnius continua
retur cū primo puncto alterius. ꝛ faceret
lineam. ꝛ similiter scōus cum scōo. qa tūc
fieret vt videtur quadratum quatuor pun
ctorum. cuius quelibet costa esset duoz pū
ctorū. ꝛ dyameter eodem mō. Ad quod
dicunt aliqui q; non datur continuū cōpo
situm ex indiuisibilibus īpartibus. nec ex
paribus paucioribus quatuor. cuius causā
assignant dicentes q; omne continuum dz
esse diuisibile in continua. hoc autem esse
non potest nisi ad minus quatuor īdiuisi
bilia ipsum cōponant. Et fm hoc aliter
posset responderi ad primum factū de di
uisione linee in suas medietates. admisso
tamen q; detur linea bipūctalis dicere oz.
aut q; dyamter ꝛ costa eiusdez quadrati
equantur. qō est incōueniēs ad quod argu
mentum deducit. vel q; ex illaz linearum
vnione ī medio quadrati punctus genera
tur qui erit dyametri. ꝛ non coste illius q̄
drati. Iste responsiones violente sunt ꝛ
fictionibus plene. propter qō tutius appa
ret positionem primam que est Aristotilis
ri. ꝛ hec de questiōe dicta sufficiant. Ad
uertendum q; licz naturaliter non possit
ab aliqua linea auferri punctus terminās
ipsa remanēte quin alius generetur. tamē
aliqui dicunt illud esse possibile de potētia
supernaturali. ꝛ admittūt. quo admisso cō
cedunt istā conclusionem q; ab. a. ꝛ. b. sunt
due linee. quaz vna non est altera maior.
nec minor. nec sibi equalis. probant cōclu
sionez posito q;. a. sit vna linea pedalis. et
b. fuerit etiam pedalis. sz sint ab ea remo
ta duo puncta ipsam terminantia. nullo a
lio corrupto nec genito ī ea de nouo. ꝛ pz
conclusio. Sciendum vlterius q; licet ī
ter. a. esse ꝛ. a. non esse non sit medium. qa
sunt imediata. non tamen est concedendū
q;. a. instans esse ꝛ aliud instans ab. a. esse
sunt imediata. nec ista conuertuntur ut di
cit Burleus. s. a. instans non est. ꝛ aliud in
stans ab. a. est. vnde non sequitur. a. instās
non est. g° aliud instans ab. a. est. quia posi
to q;. a. instans nunc sit imediate post hoc

antecedens erit verū. ⁊ consequens falsuz. Sed iste bene conuertuntur. a. instans nō est. ⁊ instans non. a. est. de materia tamē et nō formaliter ⁊ cet. Considerandum et iam q̄ non esse ⁊ esse eiusdez rei mensurā tur diuersis instantibus. ⁊ cum hoc etiam diuersis tēporibus. loquendo de re durāte per tempus finitum. quoniam instans mē surat q̄tū ad partes simul existentes. si fu erit res pmanens habens partes. tempus autez quo ad eius durationem. nec ꝓpter hoc sequitur q̄ illa instantia q̄cunq; signē tur sint imediata. sufficit autē q̄ tēpus mē surans nō esse. sit imediatū instanti mēsurā ti esse. ⁊ hoc in iceptione istius rei. In desi tione vero iustans mensurans non esse. est imediatū tēpori mensurāti esse. q̄re ⁊ cet.

q. Quod mutatur autem omne necesse est diuisi bile esse. Quia Az probat hic q̄ omne qđ transmutatur est diuisibile. ⁊ loqnitur vniuersaliter de omni transmutabili per se ut dicit cōmentator. Ideo dubitatur vl terius vtruz conclusio Az intelligatur de omni transmutabili per se. q̄litercūq; trās mutetur. aut transmutatiōe tēporali. aut transmutatione instantanea. aut solum de de transmutabili per se trāsmutatione tē porali. Si intelligatur 2° mō. tunc demō stratio Az non erit vl'is. cum etiam trans mutabile transmutatione instantanea sit diuisibile. Si itelligatur primo mō. opor tebit q̄ minor illius demonstrationis con sil'iter intelligatur. que est q̄ omē qđ trās mutatur est parti in termino a quo. ⁊ par tim in termino ad quez. ⁊ tunc illa minor erit falsa. ⁊ falsificabitur pro trāsmutabl'i trāsmutatiōe instantanea. quia illud semp ē. aut totaliter sub termio a q°. aut total'r sub termio ad quē. vt satis pz. Ad hanc dubitatōez addnci t cōmētator pl'es respō siones. Prima respōsio fuit Alexandri q̄ dicit dictū Az ielligi debere de omi trās mutabili q̄litercūq; transmutetur. cū om nis trāsmutatio fm eū sit tēporalis. q̄uis aliqua fiat in tempore ita paruo. q̄ lateat sensum eam fieri in tempore. ⁊ iudicatur fieri in instanti. Sed hec responsio nō acceptatur. cū cōtradicat magno phō Az. qui ponit aliquam transmutationē esse in stantaneam. vt illuminationē. Secūda responsio fuit Temistii dicentis Az soluz loqui de transmutatiōibus mensuratis tē pore. cū trāsmutationes instātanee lateāt. ⁊ Az nō logtur nisi de manifestis. Hec responsio ipugnatur dupliciter. primo ga tūc demonstratio Az non intelligeretur de omni transmutatione tēporali. cū aliq̄ talis lateat propter eius puitatem. ⁊ Az non loquat nisi de trāsmutationibus mā festis. ⁊ sic sua demōstratio non esset vl'is. Vel fm cōmentatorem demonstratio Az non esset vl'is. quia non cōcluderet de quo libet transmutabili qđ ē diuisibile. sed so lum de transmutabili transmutatione tē porali ⁊ manifesta. vnde per illam demon stratiōnē non plus sciretur q̄ q̄ omne qđ transmutatur transmutatione diuisibili. ⁊ manifesta est diuisibl'e. ⁊ sic posz esse du bium de transmutabili in non tēpore. an esset īdiuisibile. vel diuisibile. quod est incō ueniens. quia posīq̄ esse diuisibl'e est passio cōpetens omnibus transmutationibus. de quoz debz concludi ⁊ nō de aligbus tātuz.

Scōo ipugnatur Temistius. quia fz eū assignaret Az aliquid pro causa quod nō esz cā. ⁊ sic sua demōstratio nō esz prima ⁊ essentialis. Nā fm ipsum Az probat de transmutabili quod est diuisibile. qa trās mutatur transmutatione diuisibili. ⁊ tem pore mensurata. modo transmutari in tē pore non est causa diuisibilitatis transmu tabilis. qui accidit transmutabili diuisibi li q̄ transmutetur ī tēpore. cū possit trans mutari in non tēpore. Tertia responsio fuit auenpace. qui dicit q̄ az non loquitur hic de diuisibilitate in ptes q̄titatiuas. cum dicit q̄ omne transmutabile est diui sibile. sz loquitur de diuisibilitate in acci dentia contraria. ⁊ de illo qđ transmutat in tēpore. Nam omne quod transmutatur ī tēpore. quia transmutatur de contrario in contrariū est diuisibile in acci[a] contra ria. quod autē trāsmutatur in nō tēpore.

quia non transmutatur inter cōtraria nō esse diuisibile in accidētia contraria.ꝛ sic non accidit Auēpace qō accidit Temistio. scilicet qꝫ demonstratio Aꝫ non sit vlis.

Ista resp̄sio reprobatur.quia aꝫ loquitur de diuisibilitate continui per se.et nō per accidens.continuū autem per accidēs est diuisibile in accidentia cōtraria.cū nō omne continuū sit sic diuisibile.sed per se est diuisibile in partes q̄titatiuas. ideo loquitur aꝫ de diuisibilitate cōtinui in partes q̄titatiuas.ꝛ non in accidentia contraria. Quarta responsio est cōmentatoris qui premittit qꝫ duplex est transmutatio scz per se,ut facta in tēpore.ꝛ per accidēs ut facta in non tēpore.et tunc respōdendo ad dubitationē dicit qꝫ aꝫ logtur de trās mutatione per se.ꝛ non p accidens. Vult ꝯ qꝫ omne transmutabile per se transmutatione mēsurata tempore est diuisibile in partes q̄titatiuas. qa omne tale ex hoc qꝫ transmutatur de contrario in contrariuz que sīl esse non possunt.hz vnaz partez sub cōtrario qō est terminus a quo trāsmutatōis.et aliā partez sub contrario qō est terminus ad quē,ꝛ intelligitur de terminis propinquis transmutationis.ꝛ non remotis ut post patebit. Et tunc ad argumētum principale.patet qꝫ demōstratio talis est vlis.quia est de qualibet transmutatione.ꝛ etiam de quolibet transmutabili per se.quia quodlz transmutabile p se siue trās mutetur in tempore.siue i non tempore. est trāsmutabile in tēpore.ideo quodlibet tale est diuisibile.non antē est de transmutationibus aut transmutabilibus per accidens. quia que sunt per accidens abiciēda sunt a consideratione scientie speculatiue.

Dubitatur ulterius vtrū omne qō per se trās mutatur transmutatione tēporali sit partim in termino a quo.ꝛ partim in termiō ad quez. ut assumitur in demonstratiōe aꝫ. Arguit qꝫ non.primo in motu alterationis.quia duz aliqd alteratur ab albedine in nigredinē per palledinez.non ſm per dū sic transmutatur est partim sub albedine.ꝛ partim sub nigredine.ꝛ partim sub palledine. Secūdo idem arguit in motu ad q̄titatē. nam dum aliquid augetur non habet partem sub q̄titate antiqua.ꝛ partem sub q̄titate noua. quia tunc neutra illarum partium augeretur.ꝛ per consequens nec totuz ex illis resultans. videtur ꝯ qꝫ augmētabile ſm se totū sit sub quātitate antiqua.ꝛ recipiat nouaz. aliter non posset saluari ipsuz ſm quālz eius partem augeri. ut vult aristoteles primo de generatione. Tertio idem ostenditur in motu locali.quoniaz illud qō localiter mouetur.nō habet partem in illo vbi in quo fuit in termino a quo.cū id corruptuz sit. nec partem habet in illo vbi in quo erit in termino ad quem.cum illud adhuc non sit generatum.imo durante motu non habet mobile idem vbi.nec ſm se totuz. nec ſm partez.nisi per instans. Forte ad primū argumentuz respondetur qꝫ non omne qō transmutatur transmutatione successiua. est partim in termino a quo ꝛ partiz i termino ad quem.postremo acquirendo ut p bat illa ratio.sz bene omne qō sic trāsmutatur est partim in temino a quo ꝛ partiz in termino ad quez.primo seu proximo. ꝛ talis primus terminus ſm cōmentatorez est mediuz differēs spetie a termino a quo

Unde Aꝫ remouēdo illaz cauillationez dicit sic.Dico autē i quod mutat primū sz mutatōez.ut ex albo in fuscuz nō in nigrū non enim necesse est qō mutatur i qdcūqꝫ esse ultimoruz. Et comentator vlterius ostendit qꝫ in quolibet quatuor generum transmutationuz p se inuenitur talis primus terminus ut i alteratōe ō albedīc i nigredinez.licet nō detur primus terminus differens solo numero.vt albedo remissior datur tn primus terminus differens spē. vt verbigratia palledo.et in alteratione a calido in frigidum temperies.ꝛ ita de aliis. Silr in motu locali.licet nō detur primus locus ſm numerū qui acquritur.tamē datur locus primus ſm spēm. ut si terra moueatur loco ignis vsqz ad suuz locuz nātalem. prius mouebitur ad locum aeris.qui

erit primus locus differẽs spẽ a loco ignis ad quem puenit. De motu vero ad quanti tatem nõ faciunt azz ꝛ cõmentator expresſam ſeu ſpãlem declarationẽ. ꝓpterea ga manifeſtum eſt ꝙ mobile tali motu eſt diuiſibile. primus uõ terminus in generati one aut corruptione ſpeciali eſt prima ps qua generatur aut corrũpitur ut puta mĩmum de tali ſpecie. Sed contra hec dicta occurruut dubitationes. Prima quia videtur ꝙ illud quod alteratur ab albedie in nigredinẽ per palledinẽ per prius trãſmutet in nigredinẽ q̃ in palledinẽ. ut hẽt tranſlatio cõmentatoris. vel fuſcedinẽ ut habet tranſlatio alia. cuius tamen oppoſituz ariſtotiles ponit in littera. Et illud arguitur ſic. quoniaz tale alterabile ſtatiz cũ incipit alterari incipit acgrere nigrediez. quia ſtatim cũ incipit alterari incipit depdere de albedine. ꝛ ſimul q̃tum depdit de albedie tantuz acquirit de nigredie ſm de terminationem factã ſupius. ſed nõ ſtatiz cũ incipit alterari incipit acgrere de palledine vel fuſcedine. vt pz g° ꝛ cetꝫ. Scõa dubitatio eſt. ga ſi fiat alteratio a remiſſe albo ad intenſe albũ non pueniendo ad aliquem colorem mediũ. tunc in tali alteratione non dabitur primus termius. ga nec ſm numerum nec ſm ſpẽm. ꝛ p cõſequens non omne alterabile eſt partiz in termio a quo ꝛ partim in termino ad quez primo ſeu proximo. Et cõfirmatur quia ſi aliquid ſit vniformiter albũ. ꝛ alteretur vniformiter ab intrinſeco vel ab extriſeco ad albedinẽ intenſiorem. non videtur ꝙ vna eius pars magis ſit ſub termino a quo vel ad quez q̃ alia. quare. Et ad iſtud propoſitum poſſunt etiã adduci duo argumẽta vltima facta in principio iſtius dubitationis de illo quod mouebit motu locali. qõ non neceſſario datur primũ vbi differens ſpẽ a priori ad quod deueniet. ꝛ de illo qõ mouetur ad q̃titatem. cũ omnis augmentatio vel diminutio ſit inter q̃titates corporeas. que omnes ſunt eiuſdẽ ſpẽi ſpãliſſime. ꝛ per cõſequens non datur in eis medium differens ſpecie a termino a quo. ꝛ hoc eſt difficilius. Tertia dubitatio eſt. quia non videtur ꝙ dicta ariſtotilis hic intelligi debeant de trãſmutatõe facta in ſubſtãtia. ut dicit cõmentator. quia ut ipſemet vult ariſtotiles loquitur ſolum de trãſmutatoibus per ſe. i. mẽſuratis tempore. q̃ nõ ſunt fines aliaz tranſmutationũ. ſz tranſmutatio in ſubſtantia fit in non tẽpore. ꝛ eſt finis alterius tranſmutationis. ſ. alterationis. igitur ꝛ cetꝫ. Ad queſtionez principalem reſpondetur dicendo ꝙ omne qõ tranſmutatur in tempore eſt partiz in termino a quo ꝛ partiz in termino ad quez. non quibuſcunq; ſed proximis. p terminũ ad quem primum intelligendo terminuz primũ dintez ſpẽ. a termino a quo quod ẽ medium inter terminos remotos. vel ſaltẽ ſic poteſt eſſe ut Burleus ſupplet. ꝛ hoc ſufficit ad probandum ꝙ omne tale ſit diuiſibile. Et tunc ad argumẽta principalia rndetur. Ad primũ patet ex dictis.

Ad ſcõm dicitur ꝙ ps augmentabilis antiqua eſt ſub q̃titate quaz habuit in termino a quo. ꝛ pars noua q̃ aduenit ex nutrimento eſt ſub q̃titate que acgritur tan q̃ terminus ad quem ſeu mediuz. ꝛ ſic eſt partiz in termio a quo ꝛ partiz in termio ad quem. qualiter autem ſm hoc ſaluetur ꝙ quelibet pars aucti augeatur alibi eſt pquirendum ꝛ cetꝫ. Ad tertiuz de motu locali quid ſit dicenduz. ex declaratione cõmentatoris ſupius poſita pz. verũtamen Burleus p termios motꝰ localis itelligit ptes imediatas magnitudinis q̃ ptrãſiit. Cõmẽtator aũt ſequẽdo ſua ſupius dicta in propoſito ſic dicit. Sed quia locus ex quo mouetur res mota eſt alius a loco in quo quieſcit neceſſario. ꝛ inter quelz duo loca eſt corpus. cũ iter q̃libet ſupficies duas eſt corpus. quoniaz ſupficies non ſequitur ſupficiez. ſ. imediate in eodem corpore. neceſſe eſt ut motus quidam ſit in loco a quo mouetur. et qdaz ſit in loco qui eſt inter locum a quo mouetur. ꝛ locũ ad quem mouetur. ſ. in corpore quod eſt in potentia locus inter hec duo loca. ſ. primũ ꝛ poſtremum. ꝛ ideo inter quelz duo loca eſt locus. Et vlterius ad dubitationes moras cõtra dicta ariſtoꝫ. et cõmentatoris reſpondetur.

Ad primam cum arguitur q̄ alterabile ab albedine in nigredinem per p̄ lledinez vel fuscedinē prius deuenit in nigredinez ꝛ ced,conceditur illud absolute.sed tamen non prius venit in nigredinem q̄tum ad denominationē in actu.sic videlz q̄ prius denominetur nigruz q̄ pallidū vel fuscuz. sed fit ecōtrario.et hoc vult azz loco supius allegato. Ad scōaz dubitationem de re misse albo ꝛc.pz q̄ potest alterari p̄ mediū differēs specie.ꝛ hoc sufficit. Et dato q̄ nō transeat per tale medium.quia tamen ps propinquior alteranti velocius alteratur ad albedinez.ꝛ citius q̄ remotior.ideo in tali transmutatiōe adhuc erit transmutabile partiz in termino a quo ꝛ partiz i termino ad quez. Et dato q̄ vniformiter ſm se totum alteretur vt assumitur in confirmatione.potest tamen difformiter alterari.ꝛ per partem ante partem.quare. Et sil̄r licet id quod mouetur ad q̄titatez nō transeat per medium differēs spē a termino a q° ut mouet ad q̄titatē.ꝛ sic i tl̄i motu nō sit dare primū terminuz. seu primuz et ceſ.quia tamē nihil potest moueri ad q̄titatem qn̄ precedat alteratio.in qua tale mediuz dari potest.ideo omne transmutabile ad quantitatem potest esse partiz sub termino a quo.ꝛ partī sub termīo ad quez primo.seu primo.ꝛc. Et hec est ſnsio Burlei. Ad tertiam dubitationē dicendum q̄ cōmētator vult q̄ detur generatio ꝛ corruptio spālis tempori mēsurata.ꝛ que nō est finis alterius transmutationis.ut alteratio terminata ad substantiaz.dicit enim sic. Ergo trāsmutatōes que sunt principaliter sunt duobus modis.aut transmutatio cuius finis est de genere illius trāsmutationis. vt alteratio vltimate termiata ad q̄litatē.aut trāsmutatio cuius finis est de alio genere. ut alteratio vltimate termiata ad substantiam.veraq̄ est trāsmutatio in tempore. Et in tali trāsmutatōe substātiali datur terminus primus.seu mediuz spē differns a termio a q°. ut si ex aliq̄ palea debeat successiue generari ignis.primum mīmū generatuz erit huiusmōi ut dicit cō mētator. et tūc materia q̄ trāsmutat erit partim sub termīo a quo.ſ.sub forma substantiali palee.ꝛ partiz sub termīo ad quē primo.ſ.sub forma substātiali primi minimi ignis generati. Alii tamen aliter voluerunt.ꝛ saluant q̄ omne quod trāsmutatur per se.ꝛ in tempore.est partiz in termino a quo ꝛ partim in termino ad quez primo transmutatur. Premittētes ſm vnā ſnsionem tactā in 5° huius q̄ duplex est terminus trāsmutatiōis.ſ.nō adeq̄tus.ꝛ adequatus trāsmutationi. Non adeq̄tus est ḡdus vbi vl̄ q̄titas a q̄bus incipit trāsmutatio. vel in que terminatur. Adeq̄tus dicitur esse tota latitudo.vel spacium. vel vbi que partibiliter in toto motu acquirūtur vel deperduntur.verbigr̄tia. in alteratione in qua summe frigidū efficitur sūme calidū.latitudo frigiditatis a ḡdu summo vsq̄ ad non gradū est terminus a quo adequatus.ꝛ latitudo caliditatis a non gradu vsq̄ ad summū est termīus ad quem adeq̄tus. Et patet q̄ cōtinue durante tali alteratione illud quod trāsmutatur est pars sub termīo a quo.ꝛ partiz sub termīo ad quez adequatis trāsmutationi.i.sub parte termini a quo.siue latitudinis frigiditatis. et sub parte termini ad quez siue latitudinis caliditatis.ꝛ ſm partes eius.cū prius inducatur terminus ad quē ꝛ corrumpat terminus a quo in vna parte alterabilis q̄ ī alia.ꝛ tl̄es sūt termini primi illius trāsmutationis u. pz. Sil̄r ī motu locali si mobile moueatur ab.a.in.b.spacium incipiens.ab.a.inclusiue ꝛ terminatum ad.b. exclusiue est termīus a quo adequatus.ꝛ incipiens a.b.inclusiue ꝛ terminatū ad.a.exclusiue.est terminus ad quez adequatus.ꝛ pz q̄ mobile continue in tali motu est partiz in termino a quo ꝛ partiz in termino ad quez adequatis motui. ut in alio exemplo ostensuz fuit. Pariformiter in motu ad q̄titatem si aliquid moueatur a pedali ad tripedalez.tota latitudo q̄titatis a pedali inclusiue ad tripedalez exclusiue est terminus a quo.ꝛ vocatur depditio pedalis q̄titatis.sed tota latitudo q̄titatis a pedali exclusiue ad tripedalez inclusiue est terminus ad quē adeq̄tus.ꝛ ē acqsitio tripedalis

l.

q̃titatis.ꝛ continue duz aliquid augetur a pedali q̃titate ad tripedalem. tale est pars tis sub latitudine que est terminus a quo. est partim sub illa que est termius ad quē. ut in aliis dictum est. Intelliguntur ergo dicta aristotilis de terminis adeq̃tis trāsmutationi. in quibus etiam semper est dare primuz terminū ad quē. non autez verificātur que dicta sunt de terminis nō adequatis. ꝛ hoc ꝓbāt rationes inducte si bene considerētur. sed illud non est cōtra aristotilez si bene consideret. ꝛ ut ipsi dicunt

Et ex hoc vlterius soluūt ad argumēta Burlei. Ad primum de alteratōe facta in eadez spē. dicunt ꝙ illa alteratio etiā ē inter formas diuersaz spēz. ut si caliduz ut duo efficiatur calidū ut sex. mouetur ad latitudinez caliditatis a duobus ad sex tā q̄ ad terminū ad quē imediatum sub qua fm partē continue est mobile durante motu. ꝛ pro tūc mouet a latitudine frigiditatis a sex ad duo tanq̄ a termio a q° imediato. sub qua fm partem sil'r continue erit.

Ad aliud de motu locali patz ex dictis.

Ad alia de generatione ꝛ corruptiōe ꝛ congelatione subita. non sunt ad ꝓpositū. quia ille fiunt in non tēpore. et fm aristotilis est soluz de transmutationibus tempore mensuratis. Si autez arguerētur de motu ad q̃titatē. ꝙ mobile ē cōtinue in augmentatione sub totali termino a quo. ut in augmento a q̃titate pedali ad tripedalem mobile habet continue totaz q̃titatez pedalez. ꝛ sic non est soluz sub parte termini a quo. Rndetur ꝙ q̃titas pedalis nō est terminus a quo adequatus. de quo solū est fmo. sed talis est latitudo a pedali q̃titate inclusiue ad tripedalez exclusiue. ꝛ cōtinue in tali augmētatione augmentabile est sub parte illius latitudinis ut notū ē.

Item ga i q̃titate nō est ꝓprie cōtrarietas. illud qđ trāsmutat ad q̃titatē est cōtinue parti sub priuatione q̃titatis ad quā transmutatur. que priuatio est terminus a quo. ꝛ contrariatur motui seu termio ad quē. ꝛ est partim sub motu seu sub termio ad quē. quare. Et hoc est qđ ex cōmentatore ꝛ aliis expositoribus aꝛ ō hac ardua ābiguitate sub breuitate ꝓcipere potui ꝛc.

q Uoniam autez ōe qđ mutat. Dicit cōmētator ꝙ iter id ex q° ē trāsmuta° ꝛ illđ ad q đ est trāsmuta° p°. non ē mediū. Cōtra ga i trāsmutatōe successiua. nulli termini assignari possūt iter quos non sit mediū dīrns a termis illis. aut numero. aut spē. ut ꝑz i motu ad qualitatez. ꝛ sil'r in motu ad q̃titatez. ꝛ ad vbi. aliter non essent successiui.

